

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum filij qui nascuntur extra verum matrimonium, sint legitimi? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

bebarū, ut mora interueniente & consilio Scriba-  
rum dissuadente, viro a proposito repudiandi des-  
steret.

Et per hoc patet solutio Ad obiecta.

**D**e filiis illegitime natis, in tres articulos diuisa.  
Einde considerandum est de filiis illegitime  
natis.

¶ Et circa hoc queruntur tria.

¶ Primo, vtrum qui nascuntur extra verum matri-  
monium, sint illegitimi?

¶ Secundo, vtrum illegitimi filij debeant ex hoc,  
damnum reportare?

¶ Tertio, vtrum possint legitimari?

*Vtrum filij qui nascuntur extra verum matrimonio-*

*um, sint legitimi?* 278

**A** D primum sic proceditur. Videtur, quod filij Tho. 4 d.  
qui nascuntur extra verum matrimonium, sint 41. q. vni  
legitimi. Quia secundum legem natus, legitimus fi- ca, ar. 3.  
lus dicitur. Sed quilibet nascitur secundum legem ad q. 1. &  
minus naturæ, quæ fortissima est. Ergo quilibet filius seq.  
dicitur legitimus.

¶ 2 Præterea, Communiter dicitur, quod legitimi-  
nus filius est, qui est de legitimo matrimonio natus,  
vel de eo quod in facie Ecclesiæ legitimum reputa-  
tur. Sed contingit quandoque, quod aliquod matri-  
monium legitimum reputetur in facie Ecclesiæ, quod  
habet impedimentum ne sit verum matrimonium, &  
tamen a contrahentibus in facie Ecclesiæ scitur: & se  
occulte nubat, & impedimentum nesciant, legitimum  
videtur in facie Ecclesiæ; ex quo per Ecclesiam non  
prohibetur. Ergo filij extra verum matrimonium na-  
ti, non sunt illegitimi.

SED contra, Illegitimum dicitur quod est contra  
legem. Sed illi qui nascuntur extra matrimonium,  
nascuntur contra legem. Ergo sunt illegitimi.

**R**E<sup>P</sup>ONDEO dicendum, quod quadruplex status  
est

est filiorum. Quidam enim sunt naturales & legiti-  
mi, sicut illi qui nascuntur ex vero & legitimo ma-  
trimonio. Quidam, naturales & non legitimis, ut filii  
qui nascuntur ex simplici fornicatione. Quidam, le-  
gitimi & non naturales, sicut filii adoptivi. Quidam,  
nec legitimis nec naturales, sicut spurij nati de adul-  
terio vel de stupro: tales enim nascuntur & contra  
legem positivam, & contra legem naturæ expresse.  
Et sic concedendum est quosdam filios esse illegiti-  
mos.

Ad primum ergo dicendum, quod quamvis illi qui  
nascuntur ex illicito coitu, nascantur secundum na-  
turam, quæ communis est homini & omnibus anima-  
libus: tamen nascuntur contra legem naturæ, que est  
propria hominibus: quia fornicatio & adulterium &  
huiusmodi, sunt contra legem naturæ. Et ideo tales  
secundum nullam legem sunt legitimis.

Ad secundum dicendum, quod ignorantia excusat  
illicitum coitum à peccato, nisi sit affectata. Vnde il-  
li qui conueniunt bona fide in facie Ecclesie, quam-  
vis sit impedimentum, dum tamen ignorant, non pec-  
cant, nec filii sunt illegitimi. Si autem sciant, quam-  
vis Ecclesia sustineat quæ ignorat impedimentum,  
non excusat à peccato, nec filii ab illegitimitate.  
Si autem nesciant & in occulto contrahant, etiam  
non excusat: quia talis ignorantia videtur affec-  
tata.

## ARTIC. II.

*Vtrum filii illegitimi debeant ex hoc aliquod dan-  
num reportare?*

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod il-  
legitimi filii non debeant ex hoc aliquod dan-  
num reportare. Quia filius non debet puniri pro pec-  
cato patris, ut pater per sententiam Domini, Ezech. 18.  
Sed quod iste nascatur ex illicito coitu, non est pec-  
catum proprium, sed peccatum patris. Ergo ex hoc  
non debet aliquod damnum incurere.

¶ Præterea, iustitia humana est extracta à diuina.

Sed